



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Quid sit filium mulieris raptum fuisse ad Deum, & ad thronum eius? Et raptus est filius eius ad thronum eius. Sectio XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

prius tria hominum millia fuerunt regenerati: quæ etiam est expositio D. Ambr. in exhortat. ad virgines. *Habet, inquit, filios Ecclesia sine partu dolore. Unde de ea dicitur: Quis audiuit, si parturit terra aie vno: vno die de terra non parturit, sed parturit gratia.*

Quid sit filium mulieris raptum fuisse ad Deum, & ad thronum eius:

Et raptus est filius eius ad thronum eius.

SECTIO XIII.

I. **S**ignificatur hunc Ecclesiæ filium masculum, hoc est, electos ex draconis faucibus diuina virtute liberandos, & quasi rapiendos, breuissimo videlicet temporis spatio ne à dracone deuorari possint, iuxta illud Mat. 24. *Propter electos breuibus dicitur dies illi: rapiendos, inquam, ex tentationibus, persecutionibus, periculisque illius temporis, atque in throno Dei collocandos per visionem beatificam iuxta illud Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius.*

Obseruandū est hoc loco verbū illud, *raptus*, quod significat electos sæpè diem obire, & quasi rapi ante tēpus à natura definitum diuinæ prædestinationis beneficio: quia nimirū præuidet Deus, si diutius vixissent, fuisse peruertendos. Id quod dilertis verbis dicitur Sap. 4. *Iustus autē si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, & paulò post: Placens Deus factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne scitio deciperet animā illius: & paulò inferius: Placita erat Deo animā illius: propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatis.* Quo testimonio ad idem confirmandū videtur D. Aug. li. de prædest. Sanctōrum c. 14. citatq; D. Cyprianum in li. de mortalitate, vbi sic ait: *Per Salomonē docet Spiritus sanctus, qui Deo placent, maturius istinc eximi, & citius liberari, ne dum in isto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur.* *Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum eius.* Porro aduerte tribus de causis tolli iustos de mundo:

primum propter suam dignitatem, & merita, iuxta illud Apoc. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* Deinde propter mundi dignitatē, quia nimirum non est dignus tantis habitatoribus. Heb. 11. *Quibus dignus noerat mundus.* Qui locus dupliciter potest exponi: vno modo, vt sit sensus non fuisse mundum dignum, qui tam præclaros viros haberet: altero non reputasse Sanctos mundū dignū suo amore. Quibus, inquit, id est, quorum amore dignus non reputabatur mundus ab ipsis Sanctis iuxta illud Phil. 3. *Omnia arbitror vt sterora, vt Christum lucrifaciam:* & Gal. 6. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* In quem locū D. Bern. serm. in 40. de peregrino, mortuo & crucifixos *Non solum, inquit, mortuum mundo sed crucifixus, quod est ignominiosum genus mortis, ego illi pariter, & ipse mihi: omnia, quæ mundus amat, crux mihi sunt: quæ verò mundus reputat crucem, illū affixus sum, illis adhaereo, illa toto amplector affectu.*

Denique propter eorū securitatē, quia si diutius viuerent, tādē peruerti possent: quemadmodum dicitur loco Sapiētiae citato, & Esai. 57. *Viri misericordia colliguntur, quia non est qui intelligat: a facie enim malitiae collectus est iustus.* Quo loco obseruandū est verbum illud, *colliguntur*, quod innuit iustos esse veluti metem maturam, quæ in gloria horrenum colligitur, iuxta illud Matth. 3. *Congregabit triticum suum in horreū.* Id quod etiam innuitur Cant. 5. vbi sponsus ait: *Messum myrrham meam cū aromatis meis: vbi myrrhæ nomine Martyres, pernitētēsq; accipiendi sunt propter myrrhæ amaritudinē: per aromata autem cōfessores, & virgines.* Quod verò additur: *a facie malitiae collectus est iustus*, duo significat: vnū est iustū mori, Deo ita disponente, ne videat futuram malorum vltionem: imò ne Deus iustorum orationibus mitigatus cogatur itam cohibere: hac enim de causa iustū Loth ex vrbe Sodoma prius

VIE
I
Apoc
c. 3

Mat. 24. 22.
Apoc. 3. 21.
Ipsi cur ce-
lerius de me-
dio tollantur.
Sap. 4. 7. 10.
14.
D. August.
Apoc. 3. 4.
Hebr. 11. 38.
Mundus in-
dignus amo-
re Sancto-
rum.
Philip. 3. 8.
Galat. 6. 14.
D. Bernard.
Mundana
omnia crux
Paulo.
Esai. 57. 1.
Iusti matu-
ri mesu.
Mat. 3. 12.
Cant. 5. 1.

prius egredi voluit, quò posset illà incendere. Ex quo planè colligitur, cum Deus iustos eripit, meritò supplicii aliquod timeri posse. Præterea significatur magnà esse apud Deum iustorum gratiam: siquidem quasi non possit illis viventibus inferre supplicia, prius illos per mortem eripere còsuevit. Vnde Moyse dixit Exod. 32. *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos*: quem locum affert D. Hier. in epist. ad Gauden. *Quando dixit, inquit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam serui preces impediabant*: & Esai. 64. *Non est, qui innocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te*. Vnde Osee. 12, ubi est sermo de lucta Iacob cù Angelo dicitur: *Inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum*: & est sensus Iacob cum lacrymis petiisse ab Angelo benedictionem: sed præterea iisdem verbis significatur orationem iusti cum lacrymis, quæ illis verbis indicatur, *fleuit, & rogauit*, esse veluti luctam, qua homo cum diuina iustitia luctatur, & superior euadit, quemadmodum Iacob orans cum lacrymis Angelum illum qui Deum representabat, superauit: vnde & nomen Israelis obtinuit. Eo enim loco Israel non est, *videns Deum*, vñ multi perperam existimarunt, sed *Princeps cum Deo*, vt auctor D. Hieron. in tradition. Hebraicis in Gen. Alterum, quod in verbis Esai. 57. comprehenditur, est colligi iustum à facie malitiæ, id est, obire ante diem à natura præstitutum, ne à malitia peruertatur.

Iustorum gratia apud Deum quant.
Exod. 10. 32.
D. Hieron.
Esai. 64. 7.
Osee 12. 4.
Orans cum lacrymis luctatur cum Deo.
Israelis nomen interpretatio.
D. Hieron.

Cur mulier fugit in solitudinem?

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.

SECTIO XV.

Significatur ad literam tantam fore Antichristi persecutionem, vt magna Ecclesie pars ad eam superfugiendam secedere debeat in solitudinem, & in latebras, ac deserta loca se abdere toto tempore imperij Antichristi, vt paulò post subditur, *Et ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta*: quam expositionem sequuntur Areth. & Andr. Casar. Reliqui omnes ad allegoriam deflexerunt, quorum gratia nos etiam eam hoc loco paucis illustrabimus.

Arethas.
Andr. Casar.
II.
Primas.
Præsentis vite solitudo.
Num. 2. 1.
Pannon.
Osee 2. 37.

Primum igitur Primas, per solitudinē intelligit totius huius vitæ decursum, in qua tanquā in aspera quadam solitudine peregrinamur: idque ait adubrātū fuisse in peregrinatione Hebræorū per desertū: nec verò in hac solitudine deesse ignitos serpentes, quos Num. 21. legimus peregrinantem populū malè diuexasse: quorū tamen morsus Christi serpentis ænei còspectu in cruce pèdentis sanantur pasci etiam Christianū populū manna cælesti, hoc est, sacramento Eucharistiæ. Alij solitudinē hanc meritis quendā recessum per contemplationē, temporaliūque reuē despicientiā interpretantur, in quibus est Pann. & plerique alij, iuxta illud Osee 2. *Eccc ego lactabo eam, & ducā eā in solitudinē, & loquar ad cor eius: & dabo ei vitiores eius ex eodē loco, & vallē Achor ad aperiendā spem: & canet ibi iuxta dies inuentus sua, & iuxta dies ascensionis sua de terra Egypti*: quod vaticiniū docet D. Hier. ad Christi tēpora pertinere hōi sensu: tunc, hoc est, in aduentu Christi aperiet spem salutis, & dabit locū pœnitentiæ, & blādietur ei: hoc enim significat: *Lactabo eā*: vt post pœnitentiæ magnitudinē dolores pristinos repromissione mitiget prosperorū. *Et ducā eam in solitudinē*. j. educam ex malis, sicut & prius educeram de Egyptiaca seruitute: & loquar ad cor eius verba mollia, vt tristitiā gaudio tēperem. *Et dabo ei vitiores ex eodē loco*. j. Apostolos, qui fuerunt de genere Iudæorū, eandēmq; Egypti vineam doctrina Euāgelica excoluerūt. *Et canet ibi iuxta dies inuentus sua*, cum vidit Pharaonē, eiusque exercitū submergi in mari rubro, quia latabitur de sua per Christi-